

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Regina Arabiae seu psychuran hierosolymoporeia**

**Rachel, Joachim**

**Hamburg, 1653**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-160500](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160500)

Fata quidem lugere vetustus postulat usus,  
Hoc sed Christicolam volvere corde iuvat,  
Non perisse pium, cœlesti sede receptum:  
O bene, cui tali contigit esse loco?  
Ergo, Virum temet prestans, fac ipse id ipsum,  
Quod verbis alios ritè docere soles.  
Nam Coniux mundi variis erepta periculis  
Æterna vite gaudia mille capit,  
Hanc, visum fuerit Soteri quando, sequeris,  
Tunc dis- vos- junget corpore nulla dies.

Condolentiæ attestandæ causâ  
posuit

Petrus Ambrosii, Ecclesiæ  
Vveddingstedanæ Mi-  
nister.



**U**T Solyma Regem prudens Regina videret,  
Finibus ex Arabum nobile fecit iter.  
Vicit amor Sophiæ fastidia longa viarum,  
Hortata est subitò spes generosa pedes.  
Jam Solymas, inquit properans, jam jamq; te-  
nemus:

Cernitur arcani Numinis alta domus  
Excelsusq; Zion, Princeps cui celsior ipse  
Atq; Arabes auro vincit & Æthiopes,  
Consiliis

Consiliis Orbem: Cujus tranquilla coercens  
Arma Palastrinas Niliacasq; manus.  
Non aliter, cum summa dies instaret eunti  
Ad superos SOCIÆ non inimica fuit:  
Sed tota jam mente DEVM complexa ruebat  
Sponte, vel invitâ jam moritura nece.  
Et modo cœlesti cernens Salomona theatro,  
Æthereis cinctum mille satellitibus,  
Felicisq; animas, & quæ neq; concipit auris  
Gaudia, nec visus, mens nec odera capit,  
Dedidit meminisse sui, mundanaq; felix  
Horruit aternis jam cumulata bonis.

Quæ te igitur cura, FRATER, gemitusq; fa-  
tigant?

Desine. Nam male vult, qui gemit esse  
bene.

T. F.

Franciscus Rachelius, Telling-  
stedtæ Verbi divini Mi-  
nister.

Scicne nunc tandem sævæ violentia  
mortis  
Pectora sejunxit benè congrua, suaviter  
una.

Quæ transmittabant concessæ tempora  
vitæ? Fato;

Fatorum sic ordo tulit. Nos scilicet omnes  
Cogimur extremum victi succumbere fa-  
tis.

Ille cadit ferro, saxis hunc obruit undis  
Oceanus, jam dira lues, jam languida fe-  
bris

Hunc habet, & leto tandem demergit a-  
cerbo.

Hinc dolet exanimos mater moestissima  
natos,

Qui Martis cecidere manu; gemebunda  
capillos

Vellicat, &mersum violento flumine fra-  
trem.

Inclamat germana soror: tum filia ma-  
trem.

Raptam, depositum thalami prædulce  
maritus

Plorat, & impatiens fatales increpat horas.  
Tu quoque jam viduus viduatam Conju-  
ge lectum.

Tum nunc, Vir Reverende, vides, suspiria  
mille

Effusis lacrimis imò de pectore ducis  
Increpitasq; manus invisæ mortis avaras.


Parce tamen nimis hinc indulgere quere-  
lis,

Et

Et lacrimis, fac, quæso, modum: defloruit  
illa

In terris; certè Elysiis revirescit in hortis.

M. Joh. Vorstius.



**O**rpheus Euridicen, se flevit Daphnida Phæ-  
bus,

Et superans mortem fas, amaratq; fides,  
Flebilis Aoniam Vates dissolvit Coronam,  
Et tenui sacras pulvere sparge comas.  
Illa tua consors vite, tua vita, Venusq;  
Fertur in Orcinam corpus inane domum.

MARGARIS occubuit, quæ non preciosior  
unquam

Venit ab Hesperis, Æthiopumq; vadis.  
Exsequias simul ite nurus Clariq; puella,  
Ecce! præt querulum Calliopeia gregem.  
Ducit & ipse suum Vatem gemibundus Apollo,  
Ventilat atratam mæstus uterq; togam.  
Eusebie longas de pectore suspiratus

Ducit, & immisi persequat ungue genas:  
Matris in Isaaci sic illam funere dicunt  
Questibus Hebraas anteiisse nurus.  
Tene igitur quisquam Viduum miretur acerbis  
Luctibus exhaustum vix releuare caput:

b iij

Quali-

*Qualiter afflicto meditantur vertice terram  
Tacta procelloso lilia cana Noto?  
Hoc homo miretur? quin te quoque vivere mi-  
ror,  
Maxima pars cuius nempe sepulta jacet,*

Sed tu, ô Venerande mi Dn, Pa-  
træ, rem committe meli-  
orib. fati & DEUM spera  
& omnia habebunt rectius.  
Id carmine debebam dice-  
re, sed ipsum carmen nega-  
bat. Vale, mi Patræ, &  
caloris nostri hoc breve o-  
pusculum accipe bonâ  
mente.

Joachimus M. F. Rache-  
lius Scholæ Heidenfis  
Rector.

---

**Echonisches Klage-  
Lied.**

1.  
**A**ch! ach! was hast du mir für Schmerzen  
Echo: In dem Herzen/  
Ja